



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Joannes Eleemos. 23. Ianuarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

Ian.
ent.
na-
pe-
rato
in-
lites
lito
ali-
rari.
era,
cum
tus.

Chri-
stus
hu-
ian-
n.i.

sub
(ad
tra-
est
in-
nni,
que
im,
im,
inc
de è
næ,
mis
nea.

23.Ian. VITÆ SANCTORVM. 53
ignea. Ostendebantur adhæc picis, olei, sulphuris
liquati & vivæ calcis vis ingens, major minarum
tyrannicarum, multò maxima blanditiarū, opum-
que frustrà promissarum. Visebantur ergastulo-
rum carcerumque simulachra. Ipsum mare capti-
vum ducebatur, & præter alias devictas urbes An-
cyra, Nicomedia, ipsa adeò Roma gerebatur, &
triumphata triumphos suos erubescet. Currunt
leones (pedes etiam triumphantis lambere edocti)
trahebant. Hunc secuta innumera turba est pilea-
ta, omnes è Deorum servitute in Christianam li-
bertatem CLEMENTIS virtute asserti. Tot cæli
cives servati totidem Servatori suo coronas porri-
gebant. addidit cælum triumphalem, Angeli
plausum, & carmina. Nos ignavi triumphos lau-
damus, & pugnas horremus. Ex Surio.

*Quisquis gaudes fortiter egisse Martyres Christi,
corripe & ipse arma inter milites Christi. desunt exte-
rius hostes? verte arma in te, & multos seditiones inve-
nies cives. Doma superbiam, jugula invidiam, extingue
libidinem, crucifige carnem tuam cum vitiis & concus-
piscientiis. B.Pet.Damian.serm.31.*

S. JOANNES ELEEMOS. 23.Ianuarii.

CUM annum ageret XV. JOANNES, misericor-
dia divina manifestâ in luce sponsam se ei
obtulit. Annuit continuò. Et ratum conjugium
Superi habuerunt, dotemque addiderunt, tam
opulentam, ut semper deinde haberet, quod in
egenos effunderet. Archiepiscopus jam Alexan-
drinus lustrum egit clientum suorum, hoc est,
pauperum, numeravitque septies mille & quin-
quaginta, quibus omnibus deinceps in singulos
dies victum subministravit. Sed nec ulli alii piam

manum unquam subduxit, ut merito id certaminis cum D^EO suscepisse sit visus, plusne hic dare, an reddere ille posset. Munificentiam vel ex eo vide, quod ultimum ægrotanti unicus super teruncius fuerit vix naulum morituro. Ipse in testamenti sui tabulis reperisse ingenuè se fatetur in ærario auri pondo octies mille, & hæc decies millies, & amplius aucta dilapidasse se in pauperes gloriatur. Anno igitur D.XCII. è corporis ergastulo in palatium abiit, quod piæ ipsius munificentiae struttū in cælo Troilus vidit, & verò invidit postea, cum tam bonæ prodigalitatis æmulus est factus. Venienti obviam JOANNI sua è cælo Sponsa processit cælestis aulæ cubiculario comitata, manuque peramanter prehensum ad D^EI conspectum deduxit. Ipse JOANNES nec mortuus sibi dissimilis, oleo, quod è tumulo suo dedit, in miseros mitis esse perrexit. Ex Surio.

Nihil aliud, qui conversaris in seculo, exigit à te Deus, quam ut mandata illius custodias, proximum diligas, & pauperibus alimoniam præbeas: Eroga igitur inopiam patientibus, quod tibi præstitum est, ut in cælo recondas thesauros imprædabiles. B. Laur. Justin. de complanct. Christ. perfect.

S. ILDEPHONSUS EP. 23.Ianuarii.

Debemus hoc sidus (ILDEPHONSVM) Hispaniæ, in quâ ortum ad nos usque (uti ferè solet virtus) radios transmisit. Juventam egit in Musarum familiaritate, quibus propitiis magnam eloquentiæ laudem sibi comparavit. Ab his in adyta sanctioris sapientiæ se penetravit, sustinuitque inter monachos repuerascere grandis discipulus. Ab his ad insulam Toletanam abstrahitur, tam orbis quam